

(Inscr. Clarissimo viro, D. M. Michaeli Maestlino, Mathematices in Academia Tubingensi Professore celeberrimo, Praeceptor et promotori suo perpetua observantia colendo. Tübingen.)

His Kepleri literis additae fuerunt sequentes paginae, quas paucis dicit supra pag. 11, summam referentes totius operis, iisdem ex parte verbis, quae in ipso leguntur opere. Adjecimus numeros capitum, in quibus eandem tractat auctor materiam.

Habemus, inquit, quantitates orbium inscriptorum omnes, ut si circumscriptus habet sinum totum sc. 10000000

inscriptus cubo erit	5773503
pyramidi	3333333
dodecaëdro	7889445
icosaëdro	7946545
octaëdri quadrato	7071066
octaëdro ipsi	5773503.

Quod si cum his comparaverimus dimensiones ἀποσηματων, ut a Copernico proditae sunt, exiguam reperiemus differentiam.

Nam si in minima eccentricitate	<table border="0"> <tr> <td>Saturnus</td> <td rowspan="5">} pro</td> <td rowspan="5"> <table border="0"> <tr> <td>(8° 39' 23")</td> <td rowspan="5">} tum in maxima eccentricitate habebit</td> <td>Jupiter .</td> <td>6189712</td> </tr> <tr> <td>(4 58 49)</td> <td>Mars . . .</td> <td>3344302</td> </tr> <tr> <td>(1 22 26)</td> <td>Terra . . .</td> <td>7581886</td> </tr> <tr> <td>(0 57 30)</td> <td>Venus . . .</td> <td>7942029</td> </tr> <tr> <td>(0 40 40)</td> <td>Mercurius</td> <td>7278770</td> </tr> </table> </td> <td>in media</td> <td>5831967</td> </tr> </table>	Saturnus	} pro	<table border="0"> <tr> <td>(8° 39' 23")</td> <td rowspan="5">} tum in maxima eccentricitate habebit</td> <td>Jupiter .</td> <td>6189712</td> </tr> <tr> <td>(4 58 49)</td> <td>Mars . . .</td> <td>3344302</td> </tr> <tr> <td>(1 22 26)</td> <td>Terra . . .</td> <td>7581886</td> </tr> <tr> <td>(0 57 30)</td> <td>Venus . . .</td> <td>7942029</td> </tr> <tr> <td>(0 40 40)</td> <td>Mercurius</td> <td>7278770</td> </tr> </table>	(8° 39' 23")	} tum in maxima eccentricitate habebit	Jupiter .	6189712	(4 58 49)	Mars . . .	3344302	(1 22 26)	Terra . . .	7581886	(0 57 30)	Venus . . .	7942029	(0 40 40)	Mercurius	7278770	in media	5831967	Jupiter .	6189712	
		Saturnus			} pro		<table border="0"> <tr> <td>(8° 39' 23")</td> <td rowspan="5">} tum in maxima eccentricitate habebit</td> <td>Jupiter .</td> <td>6189712</td> </tr> <tr> <td>(4 58 49)</td> <td>Mars . . .</td> <td>3344302</td> </tr> <tr> <td>(1 22 26)</td> <td>Terra . . .</td> <td>7581886</td> </tr> <tr> <td>(0 57 30)</td> <td>Venus . . .</td> <td>7942029</td> </tr> <tr> <td>(0 40 40)</td> <td>Mercurius</td> <td>7278770</td> </tr> </table>	(8° 39' 23")	} tum in maxima eccentricitate habebit	Jupiter .	6189712	(4 58 49)	Mars . . .	3344302	(1 22 26)	Terra . . .	7581886	(0 57 30)	Venus . . .	7942029	(0 40 40)	Mercurius	7278770	in media	5831967
		(8° 39' 23")						} tum in maxima eccentricitate habebit		Jupiter .	6189712														
		(4 58 49)								Mars . . .	3344302														
		(1 22 26)								Terra . . .	7581886														
(0 57 30)	Venus . . .	7942029																							
(0 40 40)	Mercurius	7278770																							
Jupiter		Mars . . .	3344302																						
Mars		Terra . . .	7581886																						
Terra, remota Luna		Venus . . .	7942029																						
Venus		Mercurius	7278770																						

Ex quo aliqua nobis consideranda veniunt. Primum sicut superius rationibus probatum est, dodecaëdron proponendum icosaëdro, et potius quam hoc inter Martem et Terram collocandum esse: ita hic probat calculus, inscriptum dodecaëdricum propius Terrae respondere, icosaëdricum Veneri.

Deinde sicut artifices in motu atque eccentricitate Mercurii peculiarem aliquam prae ceteris varietatem deprehenderunt, ita etiam octaëdron solum id habet, quo de thesis 117 agit, ex quo fit, ut circulus maximus quatuor latera tangens longe major sit quam orbis inscriptus maximus. Quod multum facit ad rei probabilitatem.

Nam si eccentricitates cum distantis essent proportionales (de quo dubito, cum non sint omnino perfecte cognitae) deberetur Mercurio pro maxima distantia paulo plus media: sc. forte 5900000.

Nam et Venus parum admodum sortita est, et Mercurio minus debetur. Atque ad hanc communem rationem maximae distantiae a Sole digitum intendit communis ratio, quae jubet considerare orbem corpori inscriptum, qui est 5773503.

Sed quia solus Mercurius suo maximo ἀποσηματι nimium superat consuetum in ceteris numerum inscripti orbis (nam intolerabile est in hoc planeta pro 72 sumere 57) ideo solum etiam octaëdron hoc habet, ut aequali et directa 4 laterum ἀποχωρησει locum det majori alicui circulo, cujus radius est 7071066, rursus paulo minor maxima ejus altitudine 72, sicut antea 57 paulo minus erat 59, usitata altitudine.

Verum quantum prospicio, hic erunt mihi paratae lites atque subsanationes. Nam quia non ad unguem consentit calculus corporum cum placitis Copernici cumque ejus numeris: existimabunt imperitiores rerum astronomicarum, omnem operam a me lusam esse.

Illi igitur duabus de rebus hic mihi monendi sunt. Primum etsi ultimi numeri sinuum discrepent aliquot myriadibus unitatum, si tamen capita nu-